cc BY NC SA

fringuttire. *uerb. intr.* **FORMA** fringultire, fringulire; frigutire, friguttire. **ETYM** fringuilla VARRO Ling 7.104. a fringuilla: Quid fringuttis? PAUL FEST 90. fringilla auis dicta, quod frigore cantet et uigeat. [**FREQ** minima **6** indicia **0,36** /d.c.m. 254-184 PLAUT] *uocabulum scriptis litterariis omne genus praeter lyricos satiricosque; usibus mediis, quandoquidem quotidianis, et prosa et uersu; saec. III semel apparet, postea saec. II ec. reuiuiscitur ibique languet.*

VARIATIO		indicia	p/d.c.m. subc.
OPERUM	argumentans	3	0,42
	dramatica	1	2,2
	exponens	1	0,34
	narratiua	1	0,19
DIACHRONICA	III-II aec.	1	2,5
	I-II ec.	5	1,3
DIAPHASICA	media	5	0,36
	quotidiana	1	1,7
DIASTRATICA	litteraria	6	0,44
MODUS	prosa	5	0,34
	uersu	1	0,52

¶ **a** *edere uocem graculus siue fringilla* • *chillar el cuervo o cantar el pinzón* [**TROP** edere uoces aues] 121 SUET Prata 161. graculorum *est* fringulire. 🕮 PAUL FEST 90. fringilla auis dicta, quod frigore cantet et uigeat; unde et friguttire. ANTH 762.28. fringulit ... graculus.

b *sed talem usum, cuius indicia multo post apparuere, eius semantificatio antecessit quae ad homines sine intermissione loquentes pertinet* • *este uso, cuya evidencia aparece mucho más tarde, fue precedido de su semantización aplicada a las personas que no paran de hablar, esto es, parlotear* [**TROP** loqui[a] **SIM** →garrire[c]] 254-184 PLAUT Cas 267. quid friguttis? quid istuc tam cupide cupis? 120-160 FRONTO (Aurel) 2.16. hoc indicat loqui te quam eloqui malle, murmurare potius et friguttire quam clangere. 125 APUL Apol 34. uulgo profiteatur etiam honesta dictu sordide blateret ac saepe in rebus nequaquam difficilibus fringultiat uel omnino ommutescat. 🕮 IUL VICT 447. Mala ista sermocinatio in conuiuio garrula ac per uinum diserta, et fere uideas, qui sicci ac sobrii nihil sunt, eos madidos friguttire.

ratio semantica a priscis proposita fundatur in eo, quod is qui loquitur sicut auis, quae frigus tolerat, mouetur et saltat et transuersum motum habet • *la secuencia semántica propuesta por los antiguos se basa en que hay quien habla moviéndose como el ave que, para soportar el frío, se estremece y salta y se mueve de un lado para otro* 🕮 NON 15.14. FRIGERE est, et FRIGUTTIRE et FRITINNIRE, sussilire cum sono uel erigi et excitari, quod quaecumque friguntur uel frigent nimio calore uel frigore cum sono sussiliunt.

et nexus inter pueri loquacitatem et hoc uocabulum constitutus est • *también se estableció una relación entre hablar incansablemente el niño que aprende a hacerlo y el significado de* fringuttire, *que se mantuvo en castellano con 'gorjear'* (DLE, 3) 125 APUL Apol 98. priuignum meum ... uix singulas syllabas fringultientem. 17. merulae in remotis tesquis cantilenam pueritiae fringultiunt.

☙ **GLOSS** 5.619.37. frigutoror est insanio (*nisi contaminatio est cum* friguttio).